

Alte Drucke

**P. VIRGILII || MARONIS OPERA IN-||DVBITATA, || BVCOLICON,
|| GEORGICON, || ÆNEIS. || QVIBVS ACCESSERVNT ET || ALIA
QVAEDAM LECTIONI || & studio ...**

Vergilius Maro, Publius

Lipsiae, 1590

VD16 ZV 30860

Liber sextus.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149950

P. VIRGILII MA
RONIS AENEIDOS
Liber sextus.



Ic fatur lacrymans cel-
sig, immittit habena,
Et tandem Euboicu Co-
marum allabitur oru.
Obuertunt pelago pro-
tum dente tenaci
Anchora fundabat naven-
& littora curua

Prætexunt puppes. iuuenum manus emicat ardens
Littus in Hesperium: querit pars semina flammæ,
Abstrusa in venis silicis: pars densa ferarum
Tecta rapit, sylvas: inuentaq; flumina monstrat.
At pius Aeneas arces, quibus altus Apollo
Præsidet, horrendaq; procul secreta Sibyllæ,
Antrū immane, petit: magnā cui mentē, animūq;
Delius inspirat vates, aperitq; futura.
Iam subeunt Triuia lucos, atq; aurea tecta.
Dædalus (vi fama est) fugiens Minoia regna,
Præpetibus pennīs ausus se credere cælo,
Insuetam per iter gelidas enauit ad Arctos,
Chalcidicāq; leuis tandem super astitit arce.
Redditus hu primū terris, tibi Phæbe sacrauit
Remigium alarum: posuitq; immānia templa.
In foribus, lethum Androgeo: tum pendere pœna

Cæci

Cecropide iussi (miserum) septena quotannis
 Corpora natorum: stat ductis sortibus urna.
 Contra elata mari respondet Gnosia tellus.
 Hic crudelis amor tauri, suppositaq; furto
 Pasiphaë: mistumq; genus, prolesq; bisformis,
 Minotaurus inest, Veneris monumenta nefanda.
 Hic labor ille domus, & inextricabilis error.
 Magnum regina sed enim miseratus amorem
 Dadalus, ipse dolos tecti, ambagesq; resoluit,
 Caca regens filo vestigia, tu quoq; magnam
 Partē opere in tanto (sinceret dolor) icare haberes.
 Bū conatus erat casus effingere in auro:
 Bū patria cecidēre manus, quin protinus omnia
 Perlegerent oculis, ni iam præmissus Achates
 Afforet, atq; vnā Phœbi Triviaq; sacerdos,
 Deiphobe, Glauci, satur quæ talia regi:
 Non hoc ista sibi tempus spectacula poscit:
 Nunc grege de intacto septem mactare iuuentos
 Præstiterit, totidem lectas de more bidentes.
 Talibus affata Aeneam (nec sacra morantur
 Iussa viri) Teucros vocat alta in templa sacerdos.
 Excisum Euboicæ latus ingens rupis in antrum,
 Quod lati ducunt aditus centum, ostia centum:
 Unde ruunt totidem voces, responsa Sibyllæ.
 Ventum erat ad limen, cum virgo, poscere fata
 Tempus, ait: deus ecce deus, cui talia santi
 Ante fores, subito non vultus, non color vnus,
 Non comæ mansere comæ: sed pectus anhelum,
 Et rabie fera corda tument: maiorq; videri,

Nec mortale sonans, afflata est numine quando
 Iam propiore dei. Cessas in vota precesq;
 Tros, ait, Aenea? cessas? nec enim ante debiscem
 Attonita magna ora domus. Et talia fata
 Conticuit. gelidus Teucris per dura cucurrit
 Ossa tremor: sudusq; preces ^{prope Aenea} ~~res~~ pectore ab imo.
 Phoebe, graues Troia semper miserate labores,
 Dardana qui Paridis direxisti tela manuq;
 Corpus in Aeacide: magnas obeuntia terras
 Tot maria intraui ducere: ^{pro castris} ~~penitusq;~~ ^{pro re} ~~repositas~~ ^{pro re} ~~stagnas~~
 Massylum gentes, praeientaq; Syrtibus arua:
 Iam tandem Italia fugientis prendimus oras.
 Hic Troiana tenui fuerit fortuna secuta.
 Vos quoq; Pergameae iam fas est parcere genti,
 Diiq; deaq; omnes, quibus obstitit Ilium, & ingem
 Gloria Dardania. tuq; o sanctissima vates,
 Praescia venturi, da (non indebita posco
 Regna meis fati) ^{itaq;} ~~lato~~, considere Teucros,
 Errantesq; deos, agitatq; numina Troia.
 Tum Phoebo, & Trivia solido de marmore templi
 Instituam, festosq; dies de nomine Phœbi.
 Te quoq; magna manent^{te} regni penetralia nostrae.
 Hic ego namq; tuas sortes, arcanaq; fata
 Dicta mee genti ponam: lectosq; sacrabo
 Alma viros. folijs tantum ne carmina manda:
 Nec turbata volent rapidus ludibria ventis.
 Ipsa canas, oro, finem dedit ore loquendi.
 At Phœbi nondum patiens immanis in antro
 Bacchatur vates, magnum si pectore posuit

Exit

Excussisse deum. tanto magis ille fatigat
O: rabidum fera corda domans, singitq; premendo.
Ostra iamq; domus patuere ingentia centum
Sponte sua, vaiuq; serunt responsa per auras.
O tandem magnus pelagi defuncte periclus:
Sed terra grauiora manent. in regna Lauini
Dardanida venient (mitte hanc de pectore curam)
Sed non & venisse volent. bella, horrida bella,
Et Tybrim multo spumantem sanguine cerno.
Non Simois tibi, nec Xanthus, nec Dorica castra
Defuerint: alius Latio iam partus Achilles,
Natus & ipse dea. nec Teucrus addita Iuno
Vsqum aberit, cum tu supplex in rebus egenus,
Quas gentes Italum, aut quas non oraueris vrbes!
Causa mali tanti coniunx iterum hospita Teucris,
Externiq; iterum thalami.

TV NE cede malis, sed contra audentior ito,
Qua tua te fortuna sinet. via prima salutis,
(Quod minime reru) Graia pandetur ab vrbe.
Talibus ex adyto dictis, Cumae Sibylla
Horrendas canit ambages, antroq; remugit,
Obscuris vera inuoluens. ea frena furenti
Concutit, & stunulos sub pectore vertit Apollo.
Vt primum cessit furor, & rabida ora quierunt,
Incipit Aeneas heros: Non vlla laborum,
O virgo, noua mi facies, inopinatus surgit:
Omnia praecepti, atq; animo inecum ante peregi.
Vnum oro (quando hic inferni ianua regu
Dicitur, & tenebrae palus Acheronte resuso)

S *

Ire

Ire ad conspectum cari genitoris & ora
 Contingat: doceas iter, & sacra ostia pandas.
 Illum ego per flammas, & mille sequentia tela,
 Eripui his humeris, medioq; ex hoste recepi:
 Ille meum comitatus iter, maria omnia mecum,
 Atq; omnes pelagiq; minas caeliq; ferebat,
 Invalidus, vires ultra, sortemq; senecta.
 Quin, ut te supplex peterem, & tua limina adire.
 Idem orans mandata dabat. natiq; patrisq;
 Alma precor, miserere: potes namq; omnia: tu
 Nequicquam lucis Hecate praefecit Avernus,
 Si potuit manes arcessere coniugis Orpheus,
 Threicia fretus cithara, fidibusq; canoris:
 Si fratrem Pollux alterna morte redemit,
 Itq; reditq; viam toties. quid Thesea? magnum
 Quid memorem Alciden? & mi genus ab Ioue summi
 Talibus orabat dictis, arasq; tenebat.
 Tunc sic orsa loqui vates: Sate sanguine divum,
Haec Tros Auchisiade, FACILIS descensus Avernus.
 Noctes atq; dies patet atri ianua Ditis:
 Sed reuocare gradum, superasq; euadere ad aula
 Hoc opus, hic labor est: pauci quos aequus amant
 Iuppiter, aut ardens euexit ad aethera virtus.
 Dīs geniti, potuere. tenent media omnia sylva,
 Cocytusq; sinu labens circumfluit atro.
 Quod si tantus amor menti, si tanta cupido est,
 Bū Stygios innare lacus, bū nigra videre
 Tartara, & insano iuuat indulgere labori:
 Accipe, quae peragenda prius. latet arbore opata

Adreus, & folijs, & lento vimine ramus,
Iunoni inferna dictus sacer: hunc tegit omnis
Lucus, & obscurus claudunt conuallibus umbræ.
Sed non ante datur telluris operta subire,
Auricomos quam quis decerpserit arbore factus.
Hoc sibi pulchra suum ferri Proserpina munus
Instituit. primo auulsu non deficit alter
Aureus, & simili frondescent virga metallo.
Ergo altè vestigia oculis, & ritè repertum
Carpe manu. namq; ipse volens, facilisq; sequetur,
Si te fata vocant: aliter, non viribus ullis
Vincere, nec duro poteris conuellere ferro.
Præterea, iacet exanimum tibi corpus amici,
(Heu nesci) totamq; incestat funere classem,
Dum consulta petis, nostroq; in limine pendes.
Sedibus hunc refer ante suis, & conde sepulcro.
Duc nigrae pecudes: ea prima piacula sunt.
Sic demum lucus Stygius, regna inuia viuis,
Aspicias. dixit, pressosq; obmutuit ore.
Aeneas mæsto defixus lumina vultu
Ingreditur, linquens antrum: cacosq; volutat
Euentus animo secum: cui fidus Achates
Il comes, & paribus curus vestigia figit.
Multa inter sese vario sermone serebant,
Quæ socium exanimū vates, quod corpus humandū
Diceret. atq; illi Misenum in litore sicco,
Vi venère, vident, indigna morte peremptum:
Misenum Aeoliden, quo non præstantior alter
Aere ciete viros, Martemq; accendere cantu.

S S

HecToris.

Hæctoris hic magnè fuerat comes: Hæctora circum
 Et lituo pugnas insignis obibat & hasta.
 Postquam illum victor vita spoliavit Achilles,
 Dardanio Aeneæ sese fortissimus heros
 Addiderat socium, non inferiora secutus.
 Sed tum, fortè caua dum personat aquora concha
 Demens, & cantu vocat in certamina diuos:
 Aemulus exceptum Triton (si credere dignum est)
 Inter saxa virum spumosa immerberat vnda.
 Ergo omnes magno circum clamore fremebant,
 Præcipue pius Aeneas. tum iussa Sibylla,
 Haud mora, festinant flentes, aramq; sepulcri
 Congerere arboribus, cæloq; educere certant.
 Itur in antiquam syluam, stabula alta ferarum:
 Procumbunt piceæ, sonat icta securibus ilex,
 Fraxineæq; trabes: cuneis & fissile robur
 Scinditur: aduoluunt ingentes montibus ornos.
 Nec non Aeneas, opera inter talia, primus
 Hortatur socios, paribusq; accingitur armis.
 Atq; hæc ipse suo tristi cum corde volutat,
 Aspectans syluam immensam: & sic ore precatur:
 Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus
 Ostendat nemore in tanto: quando omnia verè
 Heu nimium de te vates, Misene, locuta est.
 Vix ea fatus erat, gemina cum forte columba
 Ipsa sub ora viri cælo venère volantes,
 Et viridi sedère solo. tum maximus heros
 Maternas agnoscit aues, lætusq; precatur:
 Este duces, o, si qua via est: cursumq; per auras

Dirigit

Dirigite in lucos, ubi pinguem diues opacat
Ramus humum. rug. ô dubijs ne defice rebus
Alma parens. Sic effatus vestigia presit,
Observans qua signa ferant, quod tendere pergant.
Pascentes illa tantum prodire volando,
Quantum acie possent oculi servare sequentum.
Inde, ubi venêre ad fauces graueolentis Auerni,
Tollunt se celeres: liquidumq; per aëra lapsa,
Sedibus optatis gemina super arbore sidunt:
Discolor vnde auri per ramos aura refulsit.
Quale solet sylvis brumali frigore viscum
Fronde virere noua, quod non sua seminat arbos,
Et croceo sætu teretes circumdare truncos:
Talis erat species auri frondentis opaca
Illice: sic leni crepitabat bractea vento.
Corripit extemplo Aeneas, avidusq; refringit
Cunctantem, & vatis portat sub testâ Sibyllæ.
Nec minus interea Misenum in litore Teucris
Flebant, & cimeri ingrato suprema ferebant.
Principio pinguem tædis, & robore secto
Ingentem struxere pyram: cui frondibus atris
Intexunt latera, & ferales ante cupressos
Constituunt: decorantq; super fulgentibus armis.
Pars calidos latices & aliena vndantia flammis
Expediunt, corpusq; lauant frigentis, & vngunt.
Fit gemitus: tum membra toro desleta reponunt:
Purpureasq; super vestes, volamina nota,
Coniungunt: pars ingenti subiêre pheretro
Triste ministerium, & subiectam more parentum

Aeneas

Auerſi tenuère ſacem. congeſta cremantur
 Thurea dona, dapes, ſuſo crateres oliuo.
 Poſtquam collapſi cineres, & flamma quieuit:
 Reliquias vino, & bibulam lauère ſauillam:
 Oſſaq; lecta cado textit Chorineus abeno.
 Idem ter ſocios pura circumtulit vnda,
 Spargens rore leui, & ramo felicit oliue:
 Luſtrauitq; viros, dixitq; nouiſſima verba.
 At pius Aeneas ingenti mole ſepulcrum
 Imponit, ſuaq; arma viro, remumq; tubamq;
 Monte ſub aërio, qui nunc Miſerius ab illo
 Dicitur, æternumq; tener per ſecula nomen.
 Hu actus, properè exequitur præcepta Sibylla.
 Spelunca alta fuit, vaſtoq; immanis hiatu,
 Scrupea, tuta lacu nigro, nemorumq; tenebris:
 Quam ſuper haud vlla poterant impune volanti
 Tendere iter pennis: talis ſeſe halitus atris
 Faucibus effundens ſupera ad conuexa ferebat:
 Vnde lacum Graij dixerunt nomine Aornan.
 Quattuor hic primùm nigrantes terga iuuentu
 Conſtituit, frontiꝝ inuergit vna ſacerdos:
 Et ſummas carpens media inter cornua ſeta,
 Ignibus imponit ſacris libamina prima,
 Voce vocans Hecaten, coeloq; Ereboq; potentem.
 Supponunt alij cultros, repidumq; cruorem
 Suſcipiunt pateris. ipſe atri velleris agnam
 Aeneas matri Eumenidum, magnaꝝ ſorori
 Enſe ferit, ſterilemꝝ tibi Proſerpina vaccam.
 Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras:

Es ſol-

Et solida imponit taurorum viscera flammis,
 Pingue superq; oleum fundens ardentibus extis.
 Ecce autem, primi sub lumina soli & ortus,
 Sub pedibus mugire solum, & iuga caepa moueri
 Sylvarum: visq; canes vlulare per vmbra,
 Aduentante dea. Procul, ô procul este profani,
 (Conclamat vates) totoq; abstulite luo:
 Tuq; inuade viam, vaginaq; eripe ferrum.
Nunc animis opus Aenea, nunc pectore firmo.
 Tantum effata furens antro se immisit aperto.
 Ille ducem haud timide videntem passibus aequat.
 Dî, quibus imperiû est animarum, vmbraq; silentes,
 Et chaos, & Phlegethon, loca nocte silentia late,
 Sit mihi fas audita loqui, sit numine vestro
 Pandere res alta terra & caligine merfas.
 Ibant obscuri sola sub nocte per vmbra,
 Perq; domos Ditis vacuas, & inania regna.
 Quale per incertam lunam sub luce maligna
 Est iter in syluis, vbi cælum condidit vmbra
 Iuppiter, & rebus nox abstulit atra colorem.
 Vestibulum ante ipsum, primûq; in faucibus Orci,
 Luctus & vltices posuere cubilia Cura:
 Pallentesq; habitant Morbi, tristiq; Senectus,
 Et Metus, & malesuada Fames, & curpi Egestas,
 (Terribiles visu formæ) Lethumq; Laborq;
 Tum consanguineus Lethi Sopor, & mala mentis
 Gaudia: mortiferumq; aduerso in lumine Bellum:
 Ferreiq; Eumenidum thalami, et Discordia demens,
 Vipereum crinem vittis immixta cruentis.

In medio ramos, annosaq; brachia pandit
 Vlnus opaca, ingens: quam sedem somnia vulgi
 Vana tenere ferunt, folijsq; sub omnibus haerent.
 Multaq; praeterea variarum monstra ferarum:
 Centauri in foribus stabulant, Scyllaeq; bifformes,
 Et centumgeminus Briareus, ac bellua Lerna,
 Horrendum stridens, flammisq; armata Chimaera,
 Gorgones, Harpyiaeq;, & forma tricorporum vna
 Corripit hic subita trepidus formidine ferrum
 Aeneas, strictamq; aciem venientibus offert:
 Et, ni docta comes tenues sine corpore vitas
 Admoneat voltare caua sub imagine formae,
 Irruat, & frustra ferro diuerberet umbras.
 Hinc via, Tartarei quae fert Acherontis ad vltima
 Turbidus hic caeno, vastaq; voragine gurgis,
 Aestuat, atq; omnem Cocyto eructat arenam.
 Portitor has horrendas aquas & flumina ferat
 Terribili squalore Charon: cui plurima memento
 Canities inculta iacet: stant lumina flamma:
 Sordidus ex humeris nodo dependet amictus.
 Ipse ratem conto subigit, velisq; ministrat,
 Et ferruginea subnectit corpora cymba;
 Iam senior: sed cruda deo viridumq; senectus.
 Huc omnis turba ad ripas effusa ruebat,
 Matres atq; viri, defunctaq; corpora vita
 Magnanimum heroum, pueri, innuptaq; puella
 Impositiq; rogis iuuenes ante ora parentum.
 Quam multa in syluis autumn frigore primo
 Lapsa cadunt folia: aut ad terram gurgite alto

contem. am. f. 11
 itaque

Qu

Quam multa glomerantur aues, vbi frigidus annus
Trans pontum fugat, & terris immittit apricis.
Stabant orantes, primi transmittere cursum:
Tendebantq; manus ripæ vltioris amore.
Nauita sed tristis nunc hos, nunc accipit illos:
At alios longè summos arcet arena.
Aeneas (miratus enim, motusq; tumultu)
Dic, ait, ô virgo, quid vult concursus ad amnem?
Quidue petunt anima? vel quo discrimine ripas
He linquunt? illæ remis vada liuida verrunt?
Olli sic breuiter fata est longæua sacerdos:
Anchisa generate, deum certissima proles:
Cocytî stagna alta vides, Stygiamq; paludem,
Dij cuius iurare timent, & fallere numen.
Hac omnis, quæ cernis, inops, inhumataq; turba est:
Portitor ille, Charon: hi, quos vehit vnda, sepulti.
Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluentes,
Transportare prius, quàm sedibus ossa quierunt.
Centum errant annos, volitantq; hæc littora circum.
Tum demum admissi stagna exoptata reuifunt.
Constitit Anchisa satius, & vestigia pressit,
Multa putans, sortemq; animo miseratus iniquam.
Cernit ibi mæstos, & mortis honore carentes,
Linceasq; Lycia ductorem classis Orontem:
Quos simul à Troia ventosa per aquora vectos
Obtruit Austro, aqua inuoluens nauemq; viresque.
Ecce, gubernator sese Palinurus agebat,
Qui Libycæ nuper cursu, dum sidera seruat,
Exciderat puppi, medij effusus in vnda,

Hanc

Hunc ubi vix multa mœstum cognouit in vmbra,
 Sic prior alloquitur: Quis te Palmure deorum
 Eripuit nobis, mediog³ sub aequore merfit?
 Dic age: namq³ mihi fallax haud ante reperit,
 Hoc vno responso animum delusit Apollo:
 Qui fore te ponto incolumem, finesq³ canebat
 Venturum Ausonios. En hæc promissa fides est:
 Ille autem: Nec te Phœbi cortina fefellit,
 Dux Anchisiade: nec me deus aequore merfit.
 Namq³ gubernaculum multa vi fortè reuulsum,
 Cui datus hærebam custos, cursusq³ regebam,
 Precipitans, traxi mecum. maria aspera iuro,
 Non vllum pro me tantum cepisse timorem,
 Quàm tua ne, spoliata armis, excussa magistra,
 Desiceret tantis navis surgentibus vnda.
 Treu Notus hybernæ immensa per æquora noctes
 Vexit me violentus aqua, vix lumine quarto
 Prospexi Italiam, summa sublimis ab vnda.
 Paulatim adnabam terræ, & iam tuta tenebam:
 Ni gens crudelis madida cum veste grauatum,
 Prensantemq³ vncis manibus capita aspera manu
 Ferro inuasisset, prædamq³ ignara putasset.
 Nunc me fluctus habet, versantq³ in littore venti.
 Quod te per cæli iucundum lumen, & auras,
 Per genitorem oro, per spem surgentis Iuli,
 Eripe me his inuictæ malis: aut tu mihi terram
 Inÿce (namq³ portas) portusq³ require Velino:
 Aut tu, si qua via est, si quam tibi diua creatrix
 Ostendit, (neq³ enim, credo, sine numine diuinum
 Flumen

Flumina tanta paras Stygiamq; innare paludem)
Da dextram misero, & tecum me tolle per undas,
Sedibus vi saltē placidū in morte quiescam.
Talia fatus erat, cœpit cū talia vates:
Vnde hæc ô Palinure tibi tam dira cupido?
Tu Stygias inhumatus aquas, amnemq; seuerum
Eumenidum aspicias? ripamue iniussus abibis?
Desine fata deū flecti sperare precando.
Sed cape dicta memor, duri solatia casus.
Nam tua finitimi, longē lateq; per vrbes
Prodigijs acti cœlestibus, ossa piabunt:
Et statuent tumulum, & tumulo solennia mittent:
Aeternumq; locus Palinuri nomen habebit.
His dictis cura emota, pulsusq; parumper
Corde dolor tristi: gaudet cognomine terra.
Ergo iter inceptū peragunt, flauioq; propinquant.
Nauita quos iam inde vi Stygia prospexit ab unda
Per taciturnum nemus ire, pedemq; aduertere ripæ:
Sic prior aggreditur dictis, atq; increpat vtrō:
Quisquis es, armatus qui nostra ad flumina tendis,
Enne age quid venias, iam istinc & cōprime gressū.
Vnbraꝝ hic locus est, somni, noctisq; sopora.
Corpora viua nefas Stygia vectare carina.
Nec verò Alciden me sum letatus euntem
Accepisse lacu: nec Thesea, Pirithoumq;:
Dijꝝ quanquam geniti, atq; inuicti viribus essent.
Tartareum ille manu custodem in vincula petiuit,
Ipsum a solio regis traxitq; tremementem:
Hi dominam, Ditis thalamo deducere adorti.

T

Quæ

Quae contra breuiter fata est Amphrysia vates:
 Nulla hic insidia tales: (abstiste moueri)
 Nec vim tela ferunt. licet ingens ianitor auti
 Aeternum latrans exangues terreat umbras:
 Casta licet patrii seruet Proserpina limen.
 Troius Aeneas, pietate insignis & armis,
 Ad genitorem, imas Erebi descendit ad umbras.
 Si te nulla mouet tantae pietatis imago:
 At ramum hunc (aperit ramum, qui veste latebat)
 Agnoscat, tumida ex ira tum corda residunt.
 Nec plura his. ille admirans venerabile donum
 Fatalis virga, longo post tempore visum,
 Caeruleam aduertit puppim, ripaeq; propinquat.
 Inde alias animas, quae per iuga longa sedebant,
 Deturbat, laxatq; forps simul accipit alaeo
 Ingentem Aeneam. gemit sub pondere cyma
 Sutilis, & multam accepit rimosa paludem.
 Tandem trans fluiuium incolumes, vatemq; vironem
 Informi limo, glaucaq; exponit in vluu.
 Cerberus hac ingens latratu regna trifauci
 Personat, aduerso recubans immanis in antro.
 Cui vates horrere videns iam colla colubris,
 Melle soporatam, & medicatus frugibus ossam
 Obij. it. ille fame rabida tria guttura pandens,
 Corripit obiectam, atq; immania terga resoluens
 Fusus humi, totoq; ingens extenditur antro.
 Occupat Aeneas aditum, custode sepulcro,
 Euaditq; celer ripam irremediabilis vnde.
 Continuo audite voces, vagitus & ingens?

Infantumq; anima flentes in limine primo:
 Quos dulcis vitæ exortes, & ab ubere raptos
 Abstulit atra dies, & funere merfit acerbo.
 Hos iuxta falso damnati crimine mortis.
 Nec verò hæc sine sorte data, sine indice sedes:
 Quæstor Minos urnam mouet ille silentum
 Conciliumq; vocat, viasq; & crimina discit.
 Proxima deinde tenent mæsti loca, qui sibi letum
 Infantes perferere manu, lucemq; perosi
 Proicere animas. quam vellent athere in alto
 Nunc & pauperiem, & duros perferre labores!
 Fata obstant, tristiq; palus inamabilis vnda
 Alligat, & nouies Styx intersusa coërcet.
 Ne procul hinc partem fusi monstrantur in cinerem
 Lugentes campi: sic illos nomine dicunt.
 Hic, quos durus amor crudeli tæbe peredit,
 Secreti celant calles, & myrtea circum
 Sylua tegit: cura non ipsa in morte relinquunt.
 Hu Phædræ Procrinq; loci, mæstamq; Eriphilem;
 Crudeli nati monstrantem vulnera cernit:
 Enadnenq; & Pasiphaën. hæc Laodamia
 It comes, & iuuenis quondam, nunc femina, Cæneus;
 Rursus & in veterem fato reuoluta figuram.
 Inter quas Phœnissa, recens à vulnere, Dido
 Erabat sylua in magna. quam Troius heros
 Vt primum iuxta stetit, agnouitq; per umbram
 Obscuram. (qualem primo qui surgere mense
 Aut videt, aut vidisse putat, per nubila lunam)
 Demisit lacrymas, dulciq; affatus amore est:

Infelix Dido : verus mihi nuntius ergo
 Venerat, extinctam, ferroq; extrema secutam.
 Funeris, heu, tibi causa fui. Per sidera iuro,
 Per superos, & si qua fides tellure sub ima est:
 Inuitus regina tuo de litoris cessi.
 Sed me iussa deum, quae nunc has ire per umbra
 Per loca senta situ cogunt, noctemq; profundam
 Imperijs egere suis: nec credere quivi,
 Hunc tantum tibi me discessu ferre dolorem.
 Siste gradum, teq; aspectu ne subtrahe nostro,
 Quae fugis? extremum sato quod te alloquor, hosti
 Talibus Aeneas ardentem, & torua iuuentem
 Lenibat dictis animum, lacrymasq; ciebat.
 Illa solo fixos oculos aersa tenebat:
 Nec magis incæpto vultum sermone mouetur,
 Quam si dura silex, aut steter Marpesia cautes.
 Tandem proripuit sese, atq; inimica refugit
 In nemus umbriferum: coniunx ubi pristinus illi
 Respondet curis, aequatq; Sicheus amorem.
 Nec minus Aeneas, casu perculsus iniquo,
 Prosequitur lacrymans longè, & miseratus euntem
 Inde datum molitur iter. tamq; arua tenebat
 Vltima, quae bello clari secreta frequentant.
 Hic illi occurrit Tydeus, hic inclytus armis
 Parthenopaeus, & Adrausti pallentis imago.
 Hic multum fleti ad superos, belloq; caduci
 Dardanide. quos ille omnes longo ordine cernens
 Ingemuit: blaucumq; Medontaq; Therisilochumq;
 Treis Antenoridas, Cereriq; sacrum Polydoremq;

Idemq; etiam curtus, etiam arma tenentem.
Circumstant animæ dextra læuq; frequentes.
Nec vidisse semel satis est: iuuat vsq; morari,
Et conferre gradum, & veniendi discere causas.
At Danaum procures, Agamemnoniaq; phalanges,
Vt videre virum, fulgentiaq; arma per umbras,
Ingenti trepidare metu: pars vertere terga,
Ceu quondam petiere rates: pars tollere vocem
Exiguam: inceptus clamor frustratur hiantes.
Atq; hic Priamiden, laniatum corpore toto,
Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora:
Ora, manuq; ambas, populataq; tempora raptis
Auribus, & truncas inhonesto vulnere nares.
Vix adeo agnouit pauitantem, & dira regentem
Supplicia: & notus compellat vocibus ultro:
Deiphobe armipotēs, genus alto à sanguine Teucris,
Quis tam crudelis optauit sumere poenas?
Cui tantum de te licuit? mihi fama suprema
Nocte tuli, fessum vasta te cæde Pelasgum
Precubuisse super confusa stragis acruum.
Tunc egomet tumulum Rhœteo in litore inancem
Constitui, & magna manes ter voce vocaui.
Nomen, & arma locum seruant: te amice nequius
Conspicere, & patria decedens ponere terra.
Atq; hic Priamides: Nihil ô tibi amice relictum est:
Omnia Deiphobo soluisi, & funeris umbræ.
Sed me facta mea, & scelus exitiale Lacanæ
Hic misere malis: illa hæc monumenta reliquit.
Namq; vt supremam falsa inter gaudia noctem

Egerimus nostri: & nimium meminisse necesse est
 Cum fatalis equus saltu super ardua venit
 Pergama, & armatum peditem grauis attulit
 Illa chorum simulans euantis Orgia circum.
 Ducebat Phrygias flammam media ipsa tenebat
 Ingentem, & summa Danaos ex arce vocabat.
 Tum me confectum curis, somnoq; grauatum
 Infelix habuit thalamus pressitq; iacentem.
 Dulcis & alta quies, placidaq; similima moris.
 Egregia interea coniux arma omnia tectis
 Emouet, & fidum capiti subduxerat ensem:
 Intra tecta vocat Menelaum, & limina pandit.
 Scilicet id magnum sperans fore munus amanti,
 Et famam extinguere veterum sic posse malorum.
 Quid morer? irrumpunt thalamo comes additurque
 Hortator scelerum Aeolides. Diu talia Graiis
 Instaurate, pio si poenas ore reposco.
 Sed te qui viuum casus, age fere vicissim,
 Attulerint: pelagiae venis erroribus actus?
 An monitu diuinum? an quae te fortuna fatigat,
 Vt tristis sine sole domos, loca turbida, adires?
 Hac vice sermonum roseis aurora quadrigis
 iam medium aethereo cursu traiecerat axem:
 Et fors omne datum traherent per talia tempora
 Sed comes admonuit, breuiterq; affata Sibylla est:
 Nox ruit, Aenea, nos flendo ducimus horas.
 Hic locus est, parteis ubi se via findit in ambas.
 Dexterâ, quae Ditis magni sub mœnia tendit:
 Hæc iter Elysiam nobis: at laua malorum.

Exercent pœnas, & ad impia Tartara mittit.
 Diophobus contra: Ne saui magna sacerdos,
 Discedam, explebo numerum, reddarq; tenebrâ.
 Idæus, i. nostrum: melioribus utere satû.
 Tantum effatus, & in verbo vestigia torfit.
 Respicit Aeneas subitò, & sub rupe sinistra
 Munia lata videt, triplici circumdata muro:
 Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis
 Tartareus Phlegethon, torquetq; sonantia saxa.
 Porta aduersa ingens, solidoq; adamante columna,
 Vix vi nulla virum, non ipsi excindere ferro
 Cœlicole valeant. stat ferrea turris ad auras:
 Tiphphoneq; sedens, palla succincta cruenta,
 Vestibulum insonnis seruat noctesq; diesq;.
 Hinc exaudiri gemitus, & saeva sonare
 Verbera: tum stridor ferri, tractaq; catena.
 Constitit Aeneas, strepitumq; exterritus hausit.
 Quæ scelerum facies? ô virgo effare: quibusue
 Vrgentur pœnæ? quis tantus plangor ad auras?
 Tum vates sic orsa loqui: Dux incolæ Teucrûm,
 Nulli fas casto sceleratum insistere limen.
 Sed me, cum lucis Hecate præfecit Avernus,
 Ipsa deum pœnas docuit, perq; omnia duxit.
 Gnosius hæc Rhadamanthus habet durissima regna:
 Castigatq; auditq; dolos, subigitq; fateri,
 Quæ quis apud superos, furro latatus inani,
 Disfult in seram commissâ piacula mortem.
 Continuo fonteis vlix accincta flagello
 Tiphphone quatit insultans: toruosq; sinistra

T +

Intem.

Intentans angueis, vocat agmina seuu sororum,
 Tum demum horrifono stridentes cardine sacre
 Panduntur porta. Cernus custodia qualis
 Vestibulo fedeat? facies qua limina feruet?
 Quinquaginta atris immanis hiatibus Hydra
 Saurior intus habet sedem. tum Tarrarus ipse
 Bis patet in praeceptum tantum, tenditq; sub ymura
 Quamvis ad athercum celi suspectus Olympum,
 Hic genus antiquum terra, Titania pubes,
 Fulmine deiecti, fundo voluuntur in imo.
 Hic & Aloadas geminos, immania vidi
 Corpora: qui manibus magnum rescindere caelo
 Aggreffi, superisq; Iouem detrudere regnum.
 Vidi & crudeleis dantem Salmonea penas,
 Dum flammis Iouis & sonitus imitatur Olympi.
 Quattuor hic inuectus equis, & lampada quasque
 Per Graium populos, mediaq; per Elidis vrbes
 Ibat ouans, diuumq; sibi poscebat honorem,
 Demens, qui nimbos, & non imitabile fulmen
 Aere, & cornipedum cursu simularat equorum.
 At pater omnipotens densa inter nubila telum
 Contorsit, (non ille faces, nec fumea tedis
 Lumina) precipitemq; immani turbine adegit.
 Nec non & Tityon terra omnipotentis aluminum
 Cernere erat: per tota nouem cui iugera corpus
 Porrigitur: rostroq; immanis vultur obunco
 Immortale iecur tundens, fecundaq; parnis
 Viscera, rimaturq; epulis, habitatq; sub alto
 Pectore: nec fibris requies datur vlla renati.

Quid memorem Lapithas, Ixiona, Pirithoum?
 Quos super atra silex iam iam lapsura cadenti
 Imminet a similes: lucent genialibus altis
 Aurea fulcra toris, epulaeque ante ora parata
 Regifico luxu. Furiarum maxima iuxta
 Accubat, & manibus prohibet contingere mensas,
 Exurgitque sacem attollens, atque intonat ore.
 Hic, quibus inuisti fratres, dum vita manebat,
 Pulsatusque parens, & fraus innexa clienti:
 Aut qui diuitijs soli incubuere reperti,
 Nec partem posuere suus, (qua maxima turba est)
 Quique ob adulterium cæsi, quique arma secuti
 Impiæ, nec veriti dominorum fallere dextras:
 Inclusi poenam expectant, ne quare doceri,
 Quam poenâ, aut quâ forma viros fortunaue meritis.
 Saxum ingens voluunt alij, radijsque rotarum
 Districti pendente: sedet, æternumque sedebit
 Infelix Theseus: Phlegyasque miserrimus omneis
 Admonet, & magna testatur voce per umbras:
 DISCITE iusticiam moniti, & non temnere diuos. **MS**
 Vendidit hic auro patriam, dominumque potentem
 Imposuit: fixit leges precio, atque refixit
 Hic thalamum inuasit nata, veritosque hymeneos.
 Ausi omnes immane nefas, ausoque periti.
 Non, mihi si lingua centum sint, oraque centum,
 Ferrea vox, omnes scelerum comprehendere formas.
 Omnia poenarum percurrere nomina possem.
 Hæc ubi dicta dedit Phœbi longæua sacerdos,
 Sed iam age carpe viam, & susceptum perferce munus:

Acceleremus, ait. Cyclopum educta camini
 Moenia conspicio, atq; aduerso fornice portar;
 Hac ubi nos praecepta iubent deponere dona.
 Dixerat: & pariter gressi per opaca viarum,
 Corripiunt spacium medium, soribusq; propinquum
 Occupat Aeneas aditum, corpusq; recenti
 Spargit aqua, ramumq; aduerso in limine figit.
 His demum exactis, perfecto munere Diue,
 Deuenere locos letos, & amena vireta
 Fortunatorum nemorum, sedesq; beatas.
 Largior hic campos aether, & lumine vestit
 Purpureo: solemq; suum, sua sidera norunt.
Pars in graminetis exercent membra palastris:
Contendunt ludo, & sulua luctantur arena:
Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt,
 Nec non Threicius longa cum veste sacerdos
 Obloquitur numeris septem discrimina vocum:
 Iamq; eadem digitis, iam pectine pulsat eburno.
 Hic genus antiquum Teucris, pulcerrima proles,
 Magnanimi heroës, nati melioribus antris,
 Illuq; Assaracusq; & Troia Dardanius autor.
 Arma procul, currusq; virum mirantur inanes.
 Stant terra deuixa hasta, passimq; soluti
 Per campos pascuntur equi: quae gratia currum,
 Armorumq; suis viuis, quae cura nitentis
 Pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.
 Conspicit, ecce, alios dextra laeuq; per herbam
 Vescantes, laetumq; choro Peana canentes,
 Inter odoratum lauri nemus: vnde superne

Platium

plurimus Eridani per sylvam voluitur annis.
 Hic manus, ob patriam pugnando vulnera passi:
 Quisq; sacerdotes casti, dum vita manebat:
 Quisq; p̄ vates, & Phæbo digna locuti:
 Inuentas aut qui vitam excoluere per arteis:
 Quisq; sui memores alios fecere merendo.
 Omnibus his niuea cinguntur tempora vitæ.
 Quos circumfusus sic est affata Sibylla:
 Muscum ante omnes: medium nam plurima turba
 Hunc habet: atq; humeris extantem suspicit altis:
 Dicite felices anima, tuq; optime vates,
 Qua regio Anchisen, qui habet locus illius ergo
 Venimus, & magnos Erebi tranauimus annes.
 Atq; huic responsum paucis ita reddidit heros:
 Nulli certa domus: lucis habitamus opacis:
 Riparumq; toros, & prata: recentia riuis
 Incolimus: sed vos (si fert ita corde voluntas)
 Hoc superate iugum: & facili iam tramite sistam.
 Dixit, & ante tulit gressum, camposq; nitentis
 Desuper ostentat: dehinc summa cacumina relinquē.
 At pater Anchises penitus conualle virenti
 Inclusas animas, superūmq; ad lumen ituras,
 Lustrabat studio recolens: omnemq; suorum
 Ferte recensibat numerum, claroq; nepotes,
 Fataq; fortunāq; virū, moresq; manusq;
 Ipsq; vbi tendentem aduersum per gramina vidit
 Aenean, alacris palmas vitasq; tetendit:
 Effususq; genis lacrymæ, & vox excidit ore:
 Venisti tandem, tuāq; expectata parentis.

Vicia

Vicit iter durum pietas : datur ora tueri
 Nate tua , & notas audire & reddere voces.
 Sic equidem ducebam animo , rebarq; futurum,
 Tempora dinumerans : nec me mea cura fefellit.
 Quas ego te terras , & quanta per aquora velles
 Accipio ! quantis iactatum nate periculis !
Quam metus , ne quid Libyæ tibi regna nocerem !
 Ille autem : Tua me, genitor, tua tristis imago
 Sæpius occurrens , hæc limina tendere adiegit.
 Stant sate Tyrrheno classes. da iungere dextram
Da genitor : regq; amplexu ne subtrahere nostros.
Sic memorans , largo fletu simul ora rigabat.
 Ter conatus ibi collo dare brachia circum :
 Ter frustra compressa manus effugit imago,
 Par leuibus ventis , volucrig; simillima somno.
 Interea videt Aeneas in valle reducta
 Seclusum nemus , & virgulta sonantia syluis,
 Lethæumq; , domos placidas qui prænatat, amum.
 Hunc circum innomera gentes, populiq; volabant.
 Ac veluti in pratis , vbi apes æstate serena
 Floribus insidunt varijs , & candida circum
 Lilia funduntur : strepit omnis murmure campum.
 Horrescit visu subito , caussasq; requirit
 Inscius Aeneas : quæ sint ea flumina porro,
 Quicquid viri tanto complerint agmine ripas.
 Tum pater Anchises : Anima, quibus altera sat
 Corpora debentur, Lethæi ad fluminis undam,
 Securos latites & longa obliuia potant.
 Has equidem memorare tibi , atq; ostendere coram.

Iam pridem hanc prolem cupio enumerare meorum:
Quò magis Italia mecum letere reperta.
O pater, an ne aliquas ad cœlū hinc ire putandū est
sublimis animas? iterumq; ad tarda reuerti
Corpora? qua lucis miseris tam dira cupido?
Dicam equidem, nec te suspensum nate tenebo,
Suscipit Anchises, atq; ordine singula pandit.
Principio cœlum, ac terras, camposq; liquentes,
Lucentemq; globum Luna, Titaniaq; astra
Spiritus intus alit: totamq; infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.
Inde hominum pecudumq; genus, vitæq; volantum,
Et qua marmoreo fert monstra sub aquore pontus.
Igneus est ōllis vigor & cœlestis origo
Semminibus, quantum non noxia corpora tardant,
Terreniq; hebetant artus, moribundaq; membra.
Hinc metuūt, cupiuntq; dolent, gaudetq; nec auras
Respiciunt, clausa tenebris, & carcere cæco.
Quin, & supremo cum lumine vita relinquit,
Non tamen omne malū miseris, nec funditus omnes
Corporeæ excedunt pestes: penitusq; necesse est
Multa diu concreta modis inolescere miris.
Ergo exercentur pœnis, veterumq; malorum
Supplicia expendunt, alia panduntur inanes
Suspense ad ventos: alijs sub gurgite vasto
Infestum eluitur scelus, aut exuritur igni.
Quæq; suos patimur manec: exinde per amplum
Mittimur Elysium, & pauci lata arua tenemus:
Donec longa dies perfectæ temporis orbe

Concre-

Concretam exemit labem, purumq; reliquit
 Aethereum sensum, atq; aurai simplici ignem.
 Has omnes, ubi mille rotam voluere per annos,
 Lerheum ad fluium deus euocat agmine magni
 Scilicet immemores supera ut conuexa reuisant
 Rursus, & incipiant in corpora velle reuerri.
Dixerat Anchises: natumq; unaq; Sibyllam
 Conuentus trahit in medios; turbamq; sonantem
 Et tumulum capit, vnde omnes longo ordine positi
 Aduersos legere, & venientum discere vultus.
 Nunc age, Dardaniam prolem qua deinde sequamur
 Gloria, qui mancant Itala de gente nepotes,
 Illustres animas, nostrumq; in nomen ituras,
 Expediam dictis, & te tua fata docebo.
 Ille (vides?) pura iuuenis qui nititur hasta,
 Proxima sorte tenet lucus loca: primus ad auram
 Aethereas Italo commissus sanguine surget;
 Syluius, Albanum nomen, tua posthuma proles:
 Quem tibi longaeuo serum Laetitia coniunx
 Educet syluis regem, regumq; parentem:
 Vnde genus longa nostrum dominabitur Alba.
 Proximus ille, Procas, Troiana gloria gentis,
 Et Capys, & Numitor: & qui te nomine reddet,
 Syluius Aeneas, pariter pietate vel armis
 Egregius, si vnquam regnandam acceperit Albam.
 Qui iuuenes quantas ostendant, aspice, vires:
 At, qui umbrata gerunt ciuili tempora quercu,
 Ni tibi Nomentum, & Gabios, vrbeinq; Fidenam,
 Hi Collatinas imponent montibus arces,

Pomilius

Pomētiōs, Castrumq; Inui, Bolamq;, Coramq;.
Hac tam nomina erūt, uunc sunt sine nomine terræ.

Quin & auo comitem sese Mauortius addet
Romulus, Assarici quem sanguinis Ilia mater
Educat. viden' vt gemina stant vertice crista?

Et pater ipse suo superum iam signat honore?

En huius, nasc. auspicijs illa inclita Roma;

Imperium terris, animos equabit Olympo:

Septemq; vna sibi muro circumdabit arces:

Felix prole virum: qualis Berecynthia mater

Innebitur curru Phrygiæ turræ per vrbes,

Lata delm partu, centum complexa nepotes,

Omnes cœlicolas, ouineis supera alta tenentes.

Hæc geminæ nunc flecte acies. hæc aspice gentem;

Romanosq; tuos. hic Caesar, & omnis Iuli.

Progenies, magnum cœli ventura sub axem.

Hic vir, hic est, tibi quem promitti sapius audis,

Augustus Caesar, diuū genus: auræ condet

Secula qui rursus Latio, regnata per arua

Saturno quondam: super & Garamantas & Indos

Proferet imperium. iacet extra sidera tellus,

Extra anni, Solisq; vias, vbi cœlifer Atlas

Axem humero torquet stellis ardentibus aptum:

Huius in aduentu iam nunc & Cassia regna

Responsis horrent diuū, & Meotica tellus,

Et septemgemi turbant trepida ostia Nili.

Nec verò Alcides tantum telluris obui,

Exerit aripedem ceruam licet, aut Erymanthi

Placuit nemora, & Lernam tremefecerit arcu:

Nec

Nec qui pampineis victor iuga flectit habenâ
 Liber, agens celsò Nyssa de vertice tigreu.
 Et dubitamus adhuc virtutem extendere factu!
 Aut metus Ausonia prohibet consistere terra!
 Quis procul ille autem ramis insignis olivâ
 Sacra ferens? nosco crines, incanaq; menta
 Regis Romani: primus qui legibus urbem
 Fundabit, Curibus parvis, & paupere terra
 Missus in imperium magnum. cui deinde subibit
 Ocia qui rumpet patriâ, residesq; mouebit
 Tullus in arma viros, & iam desueta triumphu
 Agmina. quem iuxta sequitur iactantior Ancus,
 Nunc quoq; iam nimium gaudēs popularibus ausi
 Vis & Tarquinius reges, animamq; superbam
 Vltior Bruti, fascesq; videre receptos?
 Consulis imperium hic primus, seuasq; secures
 Accipiet: natoq; pater, noua bella mouentes,
 Ad pœnam, pulcra pro libertate, vocabit
 Infelix. utcunq; ferent ea fata minores,
 Vincet amor patriâ, laudumq; immensa cupido.
 Quin Decios, Drusosq; procul, seuumq; securi
 Aspice Torquatam, & referentem signa Camillum
 Illa autem paribus quas fulgere cernis in armis,
 Concordes animæ nunc, & dum nocte premuntur,
 Heu quantum inter se bellum, si lumina vita
 Attigerint, quantas acies, stragemq; ciebunt!
 Aggeribus socer Alpinis, atq; arce Monæci
 Descendens, gener aduersis instructus Eois.
 Ne, pueri, ne tanta animis assuescite bella,

Non patria validas in viscera vertite vires.
Tuq; prior, tu parce, genus qui ducis Olympo:
Proice tela manu sanguis meus.
Ille triumphata Capitolia ad alta Corinthe
Victor aget currum, caesis insignis Achivis.
Eruct ille Argos, Agamemnoniasq; Mycenae:
Ipsumq; Aeaciden, genus armipotentis Achilli,
Vltim auos Troiae, templa & temerata Minervae.
Quis te, magne Cato, tacitū, aut te Cossae relinquat?
Quis Gracchi genus? aut geminos, duo fulmina belli,
Scipiadae, cladem Libya? paruoq; potentem
Fabricium? vel te sulco Serrane serentem?
Quod fessam rapitis Fabij? tu Maximus ille es,
Vnus qui nobis cunctando restituit rem.
~~Exiūdent alij spirantia mollis ara:~~
Credo equidem, viros ducent de marmore vultus:
Orabunt causas melius, coeliq; meatus
Describent radio, & surgentia sidera dicent:
Tu regere imperio populos Romane memento,
(Ha tibi erunt artes) paci q; imponere morem:
Parcere subiectis, & debellare superbos.
Sic pater Anchises: atq; hac mirantibus addit:
Aspice, ut insignis spolijs Marcellus opimis
Ingreditur, victorq; viros supereminet omnes.
Hic rem Romanam, magno turbantē tumultu,
Sistet eques: sternet Paeonos, Gallumq; rebellem:
Tertiaq; arma patri suspendet capta Quirino.
Atq; hic Aeneas (vnā namq; ire videbat
Aegregium forma iuuenem, & fulgentibus armis:

Sed fons lata parum, & deiecto lumina valde
 Quis, pater, ille, virum, qui sic comitatur euntem
 Filius? an'ne aliquis magna de stirpe nepotus?
 Quis strepitus circa comitum! quamvis instat
 Sed nox atra caput tristi circumuolat pulchrum.
 Tum pater Anchises lacrymis ingressus obortus
 O nate, ingentem luctum ne quere tuorum.
 Ostendent terris hunc tantum fata, neq. ultra
 Esse sinent, nimium vobis Romana propago
 Visa potens, superi, propria hac si dona iussit.
 Quantos ille virum magnam Mauortis ad vrim
 Campus ager gemitus! vel qua Tyberine videbis
 Funera, cum tumulum praterlabere recentem!
 Nec puer Iliaca quisquam de gente Latinos
 In tantum spe tollet auos: nec Romula quondam
 Vllo se tantum tellus iactabit alumno.
 Heu pietas, heu prisca fides, inuictaq. bello
 Dextera, non illi quisquam se impune tulisset
 Obuius armato, seu cum pedes iret in hostem,
 Seu fumantis equi foderet calcaribus arces.
 Heu miserrande puer, si qua fata aspera rumpas,
 Tu Marcellus eris, manibus date lilia plenis:
 Purpureos spargam flores: animamq. nepotis
 His saltem accumulem donis, & fungar inani
 Munere. Sic tota passim regione vagantur
 Aeris in campis latis, atq. omnia lustrant.
 Quae postquam Anchises natum per singula ducit
 Incenditq. animum fama venientis amore:
 Exim' bella viro memorat, quae deinde gerenda:

LANT

AB

Laurentisq; docet populos, vberiq; Latini:
 Et quo queng, modo fugiatq; feratq; laborem.
 Sunt gemina somni porta: quarum altera fertur
 Cornea, qua veris facili datur exitus umbris:
 Altera, candenti perfecta nitens elephanto:
 Sed falsa ad cœlum mittunt insomnia manes.
 His vbi tum natam Anchises, vnaq; Sibyllam
 Prosequitur dictis, portaq; emittit elurna:
 Ille viam sesat ad naues, sociosq; reuulsit.
 Tum se ad Caieta recto fert litore portum.
Anchora de prora iaciunt: stant litore puppes.



